



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 69. Legatorum conatus adversus hosce duodecim articulos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.

A. C. 1563.

IV. Quæ ratio esset ineunda, ne Præfules Italici simul conspirarent, si sermo haberetur de auctoritate Romani Pontificis.

V. Qua ratione amoveri posset industria acquirendi suffragia, quo mansionis articulus decerneretur (\*).

## §. LXIX.

Legatorum conatus adversus hosce duodecim articulos.

*Pall. c. 5. n. I. Lett. 7. de Visconti 24. Febr. p. 65.* **R**edeunte Cardinale Lotharingio Legati de duodecim primis articulis edocti in suspensionem adducebantur, perinde

(\*) In hos articulos Pallavicinus hæc observat: non solum in falso depingendo, sed in vero exponendo studet Suavis veritatem obtegere. Exemplo sit, in eo articulo, ubi sermo est de ratione excogitanda, quo sententiæ liberæ sint, & a Summo Pontifice, & a Principibus, hanc postremam voculam ille præterit, quo toto opinio, & integrum odium læsæ libertatis in Pontificem recidat; veritus, ne si ea accusatio legeretur tanquam communis Laicis Principibus, ex judicio prudentum collatis ex adverso inter se actionibus, rationibusque singulorum ille unicus absolveretur, quem solum damnatum cupiebat. Homini autem, qui non studio ducitur, sed turbido animi motu, mos est accusare non operum effectores ex operum odio, sed opera ex odio effectorum.



Sæc. XVI.  
A.C. 1563.

perinde ac si Cæsar vellet admovere  
manum ad ea, quæ non sunt Cæsaris,  
sed Dei: idcirco Seripandus Pontifi-  
cem cohortatus est ad fortiter resisten-  
dum, scribendumque Cæsari Diploma,  
simile Diplomati, quod Paulus III. tran-  
smiserat Carolo V. anno Christi millesi-  
mo quingentesimo quadragésimo quar-  
to contra Spirensis conventus Decretum.  
Insuper hac super re Vicecomes  
die vigesima quarta Februarii ad Car-  
dinalem Borromæum literas dabat hu-  
jus tenoris: „Minime decet, ut sum-  
mus Pontifex leges sibi præscribi per-  
mittat a Cæsare, qui hac ratione su-  
spicioni ansam præbet, quod sese re-  
bus unice ad sanctitatem suam perti-  
nentibus ingerere attentet: quapro-  
pter Pontifex aliunde Princeps ma-  
gnanimus haud improvide ageret, si  
hac in occasione suam indignationem  
Cæsari per diploma ad id idoneum  
testatam faceret; desuper cum Seri-  
pando Cardinale contuli, qui ejusdem  
mecum opinionis est, nam is optat, ut  
Papa hoc Diploma gravibus tamen,  
amplisque verbis conceptum conficiat,  
atque in eo, quod Ecclesiæ refor-  
mationem, non autem deformationem  
petat, clare indicet, simulque Cæsa-  
rem reprehendat, quod suis articulis  
ea, quæ tamen omnibus evidententer  
patent.



Sæcul. XVI. „petent, in dubium revocare velit:  
A.C 1563. „præcipue vero fugillet Papa Impera-  
 „toris Ministros, qui ei tam perverfa  
 „suggefferunt confilia. Idem quoque  
 „Cardinalis in memoriam revocabat,  
 „quod felicitis recordationis Paulus III.  
 „Pontifex ad Carolum V. ejusmodi di-  
 „ploma miserit, in quo eum objurgabat,  
 „quod in comitiis a se celebratis quæ-  
 „dam contra Sedis Apostolicæ dignita-  
 „tem, auctoritatemque decreverit:  
 „porro cum postmodum compererim,  
 „quod præfatum diploma post collo-  
 „quia Spiræ habita Anno Domini mil-  
 „lesimo quingentesimo quadragesimo  
 „quarto fuerit editum, illud hic in scri-  
 „ptis reperi, hinc illud transcriptum  
 „Vestrae Eminentiæ transmittam: si ve-  
 „ro Pontifex, decreto hoc Theologo-  
 „rum congressu hoc consilium sequi re-  
 „cusaret, ac proin hujus diplomatis ex-  
 „emplar inutile foret, tunc, quod ta-  
 „men Deus avertat, contingere posset,  
 „ut hisce consultationibus finitis pri-  
 „mum tunc Papa hoc consilium exe-  
 „qui cogeretur, postquam ibidem quic-  
 „quam Pontificis minus gratum jam  
 „fuerat decisum. Insuper idem Car-  
 „dinalis se paratum exhibuit, quod i-  
 „psemet, si Papa hoc consilium ample-  
 „cti velit, libenter ea, quæ in hoc di-  
 „plomate essent exprimenda, prævie  
 „con-



„concupere vellet. „ Verum Pontifex ab exerenda indignatione sua prohibebatur literis Delphini Nuntii sui, qui in Cæsaris moderatione, & lenitate plurimum spei reponebat.

Sæcul. XVI  
A.C. 1563.

§. LXX.

*Lunensis Comes a Cæsare Oenipontum accitus.*

Post hæc Cæsar datis literis Lunensem Comitem Oenipontum venire iussit, ut cum Lotharingio Cardinale conferret, qua ratione hic Orator salvo Principis sui honore Concilio interesse posset: addebat quoque Cardinalis, quod illius præsentiam exoptarent, contrariis tamen rationibus ad id permoti: illi enim existimabant, quod Comes, qui contendebat cum illis de ordine sedendi, saltem concordaturus esset cum ipsis circa ordinem procedendi, cum recenti mandato ei injunctum fuisset a Rege Catholico, ut conjunctim non modo cum Cæsarianis, sed etiam cum Gallis in emendatione curanda conferret, ac præsertim plurimum Lotharingii Cardinalis auctoritati tribuat.

Pallav. l. 20.  
c. 5. n. 2.  
Lett. de Vis-  
cont. tom. I.  
p. 59.

§. LXXI.

*Hist. Ecclesiast. Tom. XLVI.*

K